N 0
G: 0: 66.

~~3 D e. 243~~

N. c. 66.

Digitized by Google

VN°. 1. 9.

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLECTIO IN VNVM CORPVS, OMNIVM LIBRORVM HEBRAEORVM, GRAECORVM, LATINORVM NECNON GERMANICE, ITALICE,

Gallicè, & Hiſpanicè ſcriptorum, qui in nundinis Francofurtenſibus ab anno 1564. vſque ad nundinas Autumnales anni 1592. partim noui, partim noua forma, & diuerſis in locis editi, venales extiterunt: deſumpta ex omnibus Catalogis VVillerianis ſingularum nundinarum, & in tres Tomos diſtincta, melioriquè ratione quàm hactenus diſpoſita, vniuerſis & ſingulis diſciplinarum omnium & facultatum profeſſoribus ac ſtudioſis, Theologis, Iuriſconſultis, Medicis, &c. neceſſaria & vtilis.

VTILITAS HVIVS OPERIS ET DISPOSITIONIS RATIO IN Præfatione habetur.

Pleriq; in ædibus Georgij VVilleri ciuis & Bibliopolę Auguſtani, venales habentur.



ALESSANDRINA

Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt. ſpeciali ad decennium.

FRANCOFVRTI.

Ex officina Typographica Nicolai Baſſæi.

M. D. XCII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO, D. PHILIPPO LVDOVICO COMITI ZVHANAVV, ET RHEI-neck: Domino in Mintzenberg, &c. Domino ſuo clementiſſimo S.

QVI monumenta doctorum virorum, Illuſtris & Generoſe D. Comes, colligũt, eorundemq́; Catalogos, vt quaſi in tabella inſpici poſſint, contexunt: næ, illi præclaram reiq́; publicæ literariæ neceſſariam operam præſtant: Etenim meretur hoc ipſum doctorum virorum induſtria indefeſſumq́; ſtudium, qui pro ſuo quiſq; modulo, non tantùm cum lucis huius vſura fruerentur, Deo gratas, hominibusq́; ſalutares præceptiones tradere ac Spartam quiſq; ſuam ornare ſtuduerunt, ſed etiam vt poſteritati conſulerent, lucubrationes ſuas, & ingeniorum ſuorum veluti partus ſcriptis comprehenſos & editos, publici iuris fieri liberaliter permiſerunt. Quæ certè vel ignorare prorſus, vel negli-

gere, ac non potius fideliter notare, notata non aſſeruare, aſſeruata poſteris quaſi per manum data non relinquere, hominis eſſet non modo ſtupidiſſimi, ſed etiam ab omni eruditione & humanitate alieniſſimi. Etſi verò præſtaret impios & impuros quoſdam libros perpetuis tenebris ſepultos & obrutos fuiſſe potius, quàm diuulgatos: non tamen committendum eſt, vt propter paucos quoſdā malos ſcriptores, multis & bonis etiam laus ſua detrahatur. Ex ſtercore (ait ille) aurum ſeligere, & more apum fœtida quæque præterire ac benè olentia perſequi, ſingula probare, & quod bonum eſt ſequi, ſagaci & pio non eſt denegandum. Quid? quod hac ipſa ratione veluti calcari quodam exſtimulantur alij, qui ingenio, eruditione præclara, & multiplici rerum experientia ſunt inſtructi: vt maiorum prædeceſſorumq; ſuorum veſtigijs inſiſtere, & induſtriam eorum æmulari conentur. Magnam certè vim habere illuſtrium virorum Exempla in quacunq; ſcientia, & in quocunq; vitæ genere, libri omnes planum faciunt; docti omnes comprobant; teſtatur in vniuerſum experientia. Ad fortitudinem animi, in Heroicis naturis & ad res præclaras natis excitandam confirmandámque momenti plurimum habent egregia facta & Virtutum quaſi Imagines, in ijs viris, qui præclarè fortiterq; rebus geſtis æternam ſibi nominis gloriam comparârunt. Quidni etiam literatorum animos accendi putan-

dum

dum eſt, cum vident, quàm nullis laboribus, vigilijs nullis pepercerint omnibus ſeculis viri doctiſſimi: ſed in hoc vnum incubuerint, vt res neceſſarias ac ſalutares humano generi, quantumuis abſtruſiſſimas, tum in vniuerſa Cyclopædia philoſophica, tum in doctrina veræ pietatis ſacroſancta eruerent, erutas perpolirent, illuſtrarent, exornarent, atq; ita de ſtudijs bonarum artium, de Eccleſia Dei, de tota poſteritate quàm optimè mererentur?

Horum æmulari induſtriam, imitari ſtudium ac propoſitum honeſtiſſimum pulchra profectò eſt & laude digna contentio: quam etiam Heſiodus eleganter commendat his verſibus:

Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω.
Ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ, ὁμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
Ἐς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι ἠδὲ φυτεύειν.
Οἶκόν τ' εὖ θέσθαι, ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενος σπεύδοντ' ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

Accedit & alia vtilitas, vt doctorum virorum ſcripta γνήσια, *id eſt, genuina, certa, indubitata, ab adulterinis, incertis, dubijs diſcerni queant: ne pro tritico paleas, pro auro & argento ſcoriã poſteritas ignara amplectatur. Inuenti enim fuerunt omnibus ſeculis, qui cum aliàs emergere & inclareſcere non poſſent propter ingenij hebetudinem, nec tantæ eſſent vel exiſtimationis vel fidei, vt Cedro digna locuti iudi-*

carentur, aut ſcripta eorum autoritatem aliquam obtinerent, ſub alieno nomine ac titulo ſuas nænias partim venditauerunt, partim, plagij crimine rei, aliena ſcripta ſibi adſcripſerunt. Accidit hoc D. Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Chryſoſtomo, multisq́; alijs præclariſsimis Eccleſiæ luminib. imò ipſis Apoſtolis (vt philoſophos Ethnicos taceam:) quorum ſcriptis adulterina multa fuerunt admixta: multa ipſorum nomine falsò diuulgata: multa etiam veris autorib. per ſummum ſcelus à plagiarijs ſuffurata, quæ tandem tamẽ ſagaci ingenio præditi homines diligenti inſpectione & collatione facta, ἀπόκρυφα & νόθα eſſe deprehenderunt. Quãtum verò commoditatis afferat hæc ipſa collatio & conſignatio, ad Bibliothecas tum publicas, tum priuatas benè inſtituendas, digerendas, locupletandas: nihil attinet prolixius enumerare. Cum enim in librorum ſupellectile comparanda plurimum interſit, vt non obuij quique arripiantur: ſed optimi ac probatiſsimi, optimorũ probatiſsimorumq́; autorum deligantur: ſcire neceſſe eſt, quid quilibet elucubrauerit, & quibus ſcriptis ſuam artem ſiue facultatem, vt vulgò appellant, exornârit. Equidem quanta ſit huius collectionis vtilitas nemo vnquam dignè aſſequetur, niſi is cui ſeptem artium liberaliũ, & aliarum facultatum dignitas comperta fuerit. Inter illas ordine prima eſt Grammatica, cuius nemo faſtidiet elementa ſi interiora perſcrutetur: In illis e-

nim conſpiciuntur multarum præceptionum vtilitates ac ſubtilitates, quæ non modo acuere ingenia puerilia, ſed exercere altiſſimam quoque eruditionem & ſcientiam poſſunt. Hæc fundamentum eſt omniũ artium & diſciplinarum liberalium, neceſſaria pueris, iucunda ſenib. & quæ ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis quàm oſtentationis. Altera Rhetorica dicitur quam Ariſtoteles, Demoſthenes, Cicero & infiniti alij oratores ſcriptis ſuis & orationib. illuſtrarunt: quis quæſo copiam Platonis, Iſocratis iucunditatem, feruorem Cæſaris, impetum Grachi, lenitatẽ Lelij, ſanctitatẽ Calui, ordinem Hortenſij, grauitatem Catonis in dicẽdo non admirabitur? Quis aureã Periclis eloquentiam, in qua ne dictio quidem vna, quæ auditorib. faſtidium aut offendiculũ pepererit, ad cœlum vſq; non extollet? Itaq; meritò eloquentia vocatur ab oratore ſapiens gubernatrix quæ regit & moderatur res diuinas & humanas, quæ rationib. diſertis ad vitia nimium elatos comprimit, depreſſosq; erigit, ignauos fortes efficit & ea interdum efficit, quæ bellica vis conficere nequit. Teſtis eſt Cyneas Pirrhi regis Epirotar. legatus qui oratione ſua melle dulciori vrbes multas cœpit, quas Pirrhus armis expugnare nõ potuit potentiſſimis. Tertia, logica dicitur, quam Auguſt. lib. de ciuit. Dei, ſcientiam ſcientiarum meritò nuncupat, qua aperta omnes aliæ aperiũtur, & qua clauſa omnes aliæ clauduntur. Hæc

materias

materias omnes definit, & in partes diſtribuit, explicat abſtruſa & obſcura interpretãdo elucidat, certiſſimas etiam docet regulas quibus res veræ à falſis diſtinguantur: deniq; organum eſt vniuerſale, ad artes & ſcientias omnes tum diuinas, tum humanas demõſtrandum & illuſtrandum.

Sequuntur reliquæ quatuor, Arithmetica, Geometria, Muſica, & Aſtrologia, quas Ariſtoteles libro 6. Metaphyſices cap. 1. Artes ſpeculatiuas nominat, eam ob cauſam, quod Mathematici quantitates rerum interdum ſpeculantur in abſtracto, mensq; hominis eas ſeparat ab ipſa materia, vtpote lineam, numerum, ſuperficiem, angulum, & ſimilia: imò harum diſciplinarum beneficio in ipſas res diuinas & cœleſtes homo penetrat. Propterea poeta ait:

Is licet cœli regione remotus
Mente Deos adijt & quæ natura negabat
Vſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Nihilominus illarum vſus in rebus tùm ſupremis, tùm infimis multiplex eſt & vtiliſſimus. Plato olim interrogatus, quamobrem homo animal eſſet ſapientiſſimum: Quia, inquit, nouit numerare non modo cœleſtia, ſed & terreſtria. Arithmetica enim viam ſternit ad numeros cœleſtes dijudicandos & omnes res inferiores, ratione, digito, ſcripto, vel calculo numerandas, quæ ad vſum quotidianum pertinẽt. Huius comes Geometria latè vbique diffunditur. Omnia, ait ſapiens, Deus numero, pondere & menſura diſpo-

diſpoſuit, & abſq; Geometriæ cognitione mathematica omnia, Coſmographica & Topographica cæca ſunt: ideo pro foribus ſcholæ Platonicæ inſculptum fuiſſe legimus: Nullus ignarus Geometriæ ingrediatur. Quod ad Muſicam attinet, eius originem Pythagorici repetunt à cælo quem conſtat harmonia moueri: ipſa etiam ſacra pagina adhortatur pios omnes vt cantent domino canticum nouum in cithara & voce pſalmi. Denique Aſtrologia motus cæli & ſtellarum explicat, temporum ſtationes diſtinguit, & res futuras phyſica ratione prædicit. Hanc naturalem Aſtrologiam Chriſtus teſtimonio ſuo comprobauit Matth.16. eãdem Hieronymus ad Paulinum, vt mortalibus vtiliſſimam commendat. Hæc pauca de ſeptem artium liberalium dignitate & vtilitate delibauimus quodſi Theologiæ, Iuriſprudentiæ, Medicinæ, Hiſtoriæ, & Philoſophiæ, cæterarumq; facultatum, quarum monumenta in hac collectione extant præclara, dignitatẽ, pulchritudinem, & vtilitatem perſequeremur, infinita eſſet hæc præfatio: hoc vnum ex ſuperioribus concludemus, nullum eſſe hominum literatorum genus, cui hoc noſtrum opus non tantùm vtile, ſed neceſſarium ſit futurum. Quamobrem his & ſimilibus rationib impulſus vir clarus D Georgius Vvillerus ciuis & Bibliopola Auguſtanus, cum ſingulis nundinis Francoſurtenſibus magna librorũ nouorum copia huc aduehatur, cõſcribẽdorum Cata-

(:) (:) *talo-*

talogorum primus autor extitit ab anno ſexageſimo quarto ſupra ſeſquimilleſimũ computationis Chriſtianæ. Cumq́; omnibus inſtitutum hoc valde probaretur, & Catalogorum exemplaria auidè expeterentur ac diſtraherentur, id eiuſdem auſpicijs, noſtris typographicis lucubrationibus à multis annis continuatum fuit. Viſum autem fuit ſapientibus non paucis operæ precium, ſi omnes editi hactenus Catalogi in vnum quaſi corpus, certa quadam Methodo ac ratione colligerētur, vt & autores ſinguli, qui noſtra ætate aliquid in lucem ediderunt, & eorundem ſcripta vniuerſa quotquot in Catalogos nundinarũ relata ſunt, quib. in locis & quo anno & à quibus impreſſa fuerint, vno intuitu conſpici queāt. Veruntamen cum difficultate laborũ plerique abſterrerentur, nunquam hactenus impetrare potuimus à philoponis, vt res adeo præclara & vtilis ad optatum finem perduceretur. Nacti tandem viros aliquot doctos, qui operā & induſtriam ſuam haud grauatim pollicerentur, & re ipſa præſtarent, iuuante Deo Optimo Maximo feliciter inſtitutum hoc noſtrum abſoluimus, & in tres Tomos diſtinximus, in quorum primo Hebraicè, Græcè, & Latinè ſcripta continentur diuerſarum materiarum, in certas tamen claſſes diſtributarum: vt nimirũ Theologus Theologica, Iureconſultus ad Iuriſprudētiam ſuam, Medicus ad Medicinam ſpectantia, Philoſophus Philoſophi-

ſophica, Hiſtoricus Hiſtorica, & ſic deinceps, nullo propemodum labore iuxta Alphabeti ordinem inueſtigare poßit. Qua in parte ſcripta Theologica Proteſtantium vno Elencho complexi ſumus omnia: tũ quod hactenus ſemper coniunctim in Catalogos ſingulis nundinis editos relata fuerint: tum etiam quod inter illa diſcernere ac dijudicare ab inſtituto noſtro planè ſit alienum.

Titulos porrò librorum Theologicorum tàm Proteſtantium, quàm Pontificiorum citra cuiuſquam praiudicium, vel inuidiam aut odium fideliter recenſuimus, lectori liberum de ſingulis iudicium relinquentes.

In alterum Tomum Germanicos libros congeßimus, eadem omninò materiarum ſerie, qua in proximè pracedente fuerat vſurpata Etſi enim fortè nonnulli Collectionem totam Latinam eſſe oportere, iudicaturi ſint, cum doctis potißimum deſtinata ſit: tamen etiam Germanis noſtris aliquo modo gratificari, & librum vnumquemque ea lingua, qua conſcriptus & editus fuit, ſuum in locum reponere viris doctis magis placuit.

Tertius Tomus Italicè, Gallicè, & Hiſpanicè ſcripta cõplectitur: in quib. etſi paulò diuerſa à ſuperioribus colligendi obſeruata fuit ratio: non tamen dubitamus, nos doctis omnibus hac in parte facturos ſatis, ſi cauſas attenderint propter quas id factum

fuerit. In Catalogis librorum prædictis linguis peregrinis ſcriptorum ab anno 1568. nulla fuit adhibita diſtinctio materiarum, ſed Theologica cum mechanicis, Aſtrologica cum hiſtoricis, muſica cum polemicis, polemica cum œconomicis, œconomica cum politicis & ſimilibus promiſcuè notata fuerunt. Vt ergo ex tenebris lux maior oritur: ſic ex illa ataxia, viri cuiuſdam eruditi & poligloſſi opera natus eſt ordo non contemnendus, de quo docto lectori conſtabit ex Indice, qui tertio huic Tomo præfixus eſt. Cur verò ab anno 1568. prædictarum linguarum Catalogi tantùm collecti fuerint, in præfatione noſtra quam tertio huic Tomo præpoſuimus, abundè docetur. Cæterùm quod nonnulli libri ficta autorum nomina præ ſe tulerint, vt quibuſdam in more poſitum eſſe conſtat, (recténe an ſecus, ipſi viderint:) nemo, vt ſperamus, vitio nobis vertet quod eadem nomina quantumuis adulterina, vel per ἀναγραμματισμὸν *tranſpoſita notauerimus cum eadem ita in Catalogis ſingularum nundinarum annotata extent. Occurrent etiam* ἀδέσποτα *multa, quæ nullum prorſus autorem præfixum habent. Ea tamen, quàm commodiſſimè fieri potuit, vel ratione materiæ, vel tituli digeſſimus, nõnulla etiam bis térue d[illegible]nctis in locis poſuimus, ne ſcrupulus aliquis [illegible]tori relinqueretur.*

[illegible]m fatemur, perplures hodie extare [illegible] non infimæ ſortis; in omnibus ſcien-

ſcientijs, artibus & linguis, qui hic non reperiuntur: ſiquidem vel ad nundinas Francofurtenſes non allati, vel incuria colligentium, in tanta præſertim librorum & materiarum copia, catalogis conſuetis inſerti non fuerunt. At ſperamus nos iſtos ſuo tempore annotaturos, & vt perfectior aliquando hic labor noſter prodeat, ſtudium & operam & ſumptus nequaquam denegabunt, in communem Reipublicæ literariæ vtilitatem, dummodo hoc noſtrum opus, magnis laboribus & ſumptibus perfectum, eam quam ſperamus gratiam, & laudem conſequatur.

Supereſt, Illuſtris & Generoſe Comes ac Domine clementiſſime, vt rationes exponamus quibus moti I.G.T. huius operis Tomos duos priores nuncupauerimus. Primùm par eſt vt excelſo loco atque genere prognati literas ſacras & liberales addiſcant, literatos homines eorumq; præclara monumenta foueant ac tueantur, neq; committant, quantum quidem in ſe eſt, vt ſpretis artibus humanioribus & neglectis linguis, viriſq; doctis ſine honore & pretio habitis, barbaries & confuſio pluſquam Babylonica rurſum in Eccleſiam & Rempublicam Chriſtianam inuehatur. Plato tum demum beatas fore Reſpubl. ſtatuit, ſi aut philoſophi imperent, aut imperatores philoſophentur: Nõ tãtùm verò philoſophantur illi qui totos ſeſe philoſophicis ſtudijs conſecrant, ſed etiam qui literatos homines amore & beneuolẽtia complectun-

tur, eorumq́; conatus autoritate, patrocinio, & ope ſua promouent. Vtrumq; I.G.T. præſtat non minori piorum omnium lætitia quàm fructu. Nam præter Græcæ & Latinæ linguæ cognitionem, Gallicæ peritiam vſu & exercitatione ſibi conciliauit, & in omni artium & diſciplinarum ſtudio progreſſus fecit non mediocres, doctorumq́; virorum colloquio & conuerſatione delectatur. Celebrantur Alexander Magnus, & Carolus Quintus Imperator, quod hic Philippi Cominei hiſtoriam, ille verò Iliadem Homeri aſſiduè perlegeret: At quantò magis celebranda tua illuſtris Generoſitas, quæ non modo hiſtoriographos, poetas, & Oratores euoluit, ſed imprimis Biblia ſacra dies noctesq́; legit & meditatur. Hinc ciuitates Dei, eiusq́; reformandæ, & fouendæ ſtudium: hinc hoſpitalitatis beneficium, quo tanquam Ioſias alter in hac adoleſcentiæ ætate pia, inclyta, & inſignis ſpei, ab omnibus bonis prædicatur tua illuſtris Generoſitas, quam vt eo pede quo cœpit magis ac magis pergat, interpellare & cohortari non erubeſcimus. Meminerit ipſa ſemper aurei illius dicti Quicunque honorificauerit me, gloria ornabo eum, qui autem contempſerint me, erunt ignobiles. Etenim ait Chryſoſtomus, ille clarus, ille nobilis, ille ſublimis, ille tunc integram ſuam nobilitatem putet, qui Deo inſeruierit, quique dedignabitur inſeruire vitijs, & ab eis ſuperari: tantumq́; quis nobilior eſt, quan-

tum

tum pietate & virtute reluxerit. Nobilitas quidem eſt maiorum quædam claritas honorabilis, gloria virtutis rerumq́ geſtarum celebris, qua ſi deſtituitur poſteritas, non cenſus, nec opes, nec clarum nomen auorum, eam celebriorem, ſed obſcuriorem reddunt. Vnde illa ſunt apud poetam:

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, Nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus.

Eſt quidem aliquid clarus maiorum ſplendor virtute partus, dummodo illo tanquam calcari ad eiuſdem ſtudium poſteri incitentur. Quæ fusè à nobis commemorantur duabus imprimis de cauſis. Prima eſt, recordatio beata aui, & parentis illuſtris Generoſitatis tuæ, quos ſuperſtites propter pietatis & virtutis ſplendorem, benignitatem, & clementiam coluimus, viciſsimq́ illi nos omni honore, & gratia complexi ſunt, eorundemq́ præfectus aulæ primarius Conradus Tiel à Berlips, ſingularis amoris teſtimonia nobis exhibuit. Altera eſt quod Ill. G. tuam more maiorum videmus quotidie ad honeſta concitari, humilibus aut ſordidis non delectari. & vt generoſum animum decet, ſapientiam cunctis opibus precioſiſsimis meliorem, amare, perſequi & amplecti. Etenim vt ait ille:

Si te ruſtici[?]as vilem genuiſſet agreſtis
Nobilitas animi non foret iſta tui.

Neque

Neque temerè dixit ſapiens prouerb. 18. Gloria hominis ex honore patris tui. Cum itaque veram nobilitatis gloriam ab anteceſſorum ſapientia & virtute naſta ſit Ill. T. G. eaſq; imitatione & reipſa referat eidem, virorum doctorum & nobilium præclara hæc monumenta, prædictis de cauſis ſacra facimus, in perpetuum obſeruantiæ noſtræ μνημόσυνον, rogamusq; humiliter vt illud benignè accipiat, & in optimam interpretari partem non dedignetur.

Deus Optimus Max. Ill Gen. tuam incolumem diu ſoſpitemq; conſeruet, omni virtutum genere ornet: ad Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem & ædificationem magis ac magis promouendam. Ex typographia noſtra Francofurti ad Mœnum 4. Septembris 1592.

Illuſtri Generoſitati tuæ addictiſſimus
Nicolaus Baſſæus, ciuis & typographus Francofurtenſis.

CATALOGVS LIBRORVM THEOLOGICORVM, QVI A PROTESTANTIBVS, HOC EST, IIS, QVI DIVERſam à Pontificijs religionem amplectuntur, editi hactenus fuerunt ab Anno Chriſti 64. ſupra milleſimum, quingenteſimum, vſque ad nundinas Autumnales nonageſimi ſecundi.

EXEMPLARIA S. BIBLIORVM.

BIBLIA SACRA *Tubingæ impreſſa. 1564. A. in 4.*

BIBLIORVM SACRORVM *pars prima, id eſt, quinq; libri Moſis latini recens ex Hebræo facti, breuibusq; ſcholijs illuſtrati ab Imman. Tremellio & Franciſco Iunio. Francof. apud Andream VVechel. 1575. in fol. A.*

Pars ſecunda eorundem Bibliorum, id eſt, libri Hiſtorici. Ibidem 1576. in fol. A.

BIBLIA SACRA *Veteris Teſtamenti recens ex Hebræo translata per Immanuel. Tremel. & Franciſcum Iunium. Francofurti apud Andream VVechelum. 1578. in fol. V.*

BIBLIA SACRA *Vet. & Noui Teſtamenti, ſecundum vulgatam editionem. Baſileæ ap. Thomam Guarnium. 1578. in 8. V.*

BIBLIA HEBRAICA. *Antuerp. ap. Chriſtoph. Plant. 1583. A. in fol. & 4.*

BIBLIA SACRA *maximis characteribus cum figuris æneis. ibid. in fol. 1583.*

BIBLIORVM *pars Græca quæ Hebraicè non inuenitur. ibid. 1584. A. in 4.*

BIBLIA SACRA *ad optima quæq; Veteris & Vulgatæ Translationis Exemplaria ſumma diligentia caſtigata, cum Hebræorum, Chaldæorum & Græcorum nominum interpretatione. Francofurti apud Sigismund. Feyrabend. 1585. in 8. A.*

BIBLIA SACRA, *Hebraicè, græcè & Latinè. Latina interpretatio duplex eſt, vetus & noua, cum annotationibus Franciſci Vatabli. Omnia cum editione Complutenſi diligenter collata, additis in margine, quos Vatablus in ſuis annotationibus nonnunquam omiſerat, Idiotiſmis verborumq; difficilioribus radicibus. Ex officina Sanctandreana. 1586. in fol.*

BIBLIA SACRA HEBRAICA, *eleganti & maiuſcula Characterum forma,*

quæ ad facilem ſanctæ linguæ & ſcripturæ intelligentiam nouo Compendio, primo ſtatim intuitu literæ Radicales & Seruiles &c. ſitu & colore diſcernuntur. Hamburgi typis Eliæ Hutteri, per Iohannem Saxonem. 1587. in fol. A.

BIBLIA SACRA *Teſtamenti veteris, ſiue Canonici libri priſcæ Iudæorum Eccleſiæ à Deo traditi, latini facti ex Hebræo & ſcholijs illuſtrati ab Immanuele Tremell. & Franciſco Iunio. Geneuæ apud Iohan. Torneſium. Impenſis Andreæ VVecheli hæredum. 1590. in 4. A.*

BIBLIORVM *codex ſacer & authenticus vtriusque Teſtamenti, ex Hebræa & Græca veritate fideliſſimè translatus in linguam latinam. Francofurti. Impenſis Samuelis Selfiſchij & Bechtoldi Rab. 1591. V. in 8.*

BIBLIA SACRA *veteris & noui Teſtamenti ſecundum vulgatam editionem. Baſileæ. 1591. V. 8.*

GENESIS EX BIBLIIS *Hebraicis, quæ mandato & liberalitate Illuſtriſſ. Principis ac Domini, D. Auguſti Electoris Saxoniæ excuduntur. VVitebergæ typis Zachariæ Cratonis. 1587. V. 8.*

GENESIS *cum Catholica expoſitione Eccleſiaſtica ex vniuerſis probatis Theologis excerpta, à quodam verbi DEI miniſtro diu multumq; in Theologia verſato. Morgijs. 1584. & 1585. in fol. & 8.*

PSALTERIVM *Dauidis ex Hebraico in latinum & germanicum ſermonum fideliter translatum, magna litera. Lipſiæ Ioan. Rhambæ. in fol. 1566.*

PSALTERII *Dauidis Verſio à Sebaſt. Caſtalione facta. Item Prouerbiorum Eccleſiaſtæ & libri Sapientiæ, Baſileæ. 1572. A. in 16.*

PSALTERIVM, *iuxta translationem Veterem, & varijs quibuſdam hymnis auctum. Lipſiæ typis Vœgelianis. 1573. A. in 8.*

PSALTERII *Dauidis translatio duplex, vetus & noua; cum annotationibus Fr. Vatabli. 1574. V. in 8.*

PSALMORVM *diſpoſitio ad horas Canonicas latinè & germanicè. Berlini 1575. A. in 4.*

PSALTERIVM *Dauidis iuxta translationem veterem: Sanctorum cantica, hymni & Orationes Eccleſiaſticæ: cum Catholica & ſuccincta expoſitione D. Petri VVirth Lembergii. Lipſiæ. in 12. 1580. V.*

PSALTERIVM *Dauidis iuxta translationem veterem vnà cum Canticis, hymnis & orationibus Eccleſiaſticis. Francofurti. 1580. A. in 12.*

PSALTERIVM *Dauidis iuxta translationem Veterem, alicubi tamen emendatam & declaratam, & accuratius diſtinctam iuxta Hebraicam veritatem, additis etiam ſingulorum Pſalmorum breuibus argumentis. VVitebergæ. 1581. in fol. A.*

PSALMORVM *liber, eleganti, noua, vtili, maximeq; neceſſaria typorum Eliæ Hutteri forma Hebraicè, editus in gratiam Eccleſiarum & ſcholarum, vt lingua Hebræa breui temporis ſpacio ſine omni fermè labore multò felicius quàm antea diſci & doceri poſſit.*

poſſit. Hamburgi apud Ioan. Saxonem. 1586. in fol. A.

PSALTERIVM DAVIDIS iuxta veterem translationem vnà cum Antiphonis & Pſalmorum tropis in ſeptem partes ad numerum dierum vnius hebdomadæ digeſtum, & ad matutinas & veſpertinas preces accommodatum. VVitebergæ. 1589. in fol. A.

PSALTERIVM DAVIDIS iuxta translationem Veterem, vnà cum Canticis, Hymnis & Orationibus Eccleſiaſticis. Francofurti. 1589. A. in 12.

PROVERBIA SALOMONIS Hebraicè. Lugduni Batauorum apud Plantinum. 1591. V. in 16.

PROVERBIA SALOMONIS, Eccleſiaſtes & Canticum Canticorum Hebraicè. Argentorati typis Schadaanis. 1592. V. in 16.

QVINQVE LIBELLI, Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Ecceſiaſtes, Eſther, Hebraicè. VVitebergæ. 1587. V. in 8.

RVTH Hiſtoria ex Hebræo conuerſa & Commentario explicata. Eiuſdem Hiſtoriæ collatio Græca ad exemplar Complutenſe & notæ in eandem. Additus eſt & Tractatus, an Ruben mandragoras inuenerit: opera & ſtudio I. Druſij. Franekeræ apud Ægidium Radæum. 1586. A. in 8.

ESTHER, ex interpretatione S. Pagnini, cum annotationibus I. Druſij. Additiones Apocrypha ab eodem in latinum ſermonem conuerſæ & ſcholijs illuſtratæ. Lugduni Batauorum, ex officina Ioannis Paetſij. 1586. A. in 8.

IN IESAIAM Prophetam Expoſitio Eccleſiaſtica & Catholica. 1564. in fol.

PROPHETAE MINORES 12. Hebraicè. Baſileæ. 1567. A. in 8.

PHRASES HEBRAICAE ſeu loquendi genera Hebraica, quæ in Veteri Teſtamento paſſim leguntur. Apud Robertum Stephanum. 1570. A. in 8.

LIBRI NOVI TESTAMENTI.

NOVVM TESTAMENTVM græcolatinum, adiectis argumentis & concordantijs marginalibus. Lipſiæ. 1564. A. in 8.

NOVVM TESTAM. græcè, ſyriacè, cum gemina translatione latina, autore Immanuele Tremellio. Addita eſt in calce Grammatica Chaldaica & Syra eiuſdem. Geneuæ apud Henricum Steph. in fol. regali. 1569.

NOVVM TESTAM. cum verſione Eraſmi innumeris in locis ad Græcam veritatem genuinumq́; ſenſum emendatum, cum Gloſſa Compendiaria M. Matthiæ Flacij Illyrici. Baſileæ apud Petrum Pernam. V. in fol. 1570.

NOVVM TESTAMENTVM ex Eraſmi poſtrema recognitione. Baſileæ apud Thomam Guar. 1570. V. in 16.

NOVVM TESTAM. ex translatione Eraſmi latina, cui è regione appoſita eſt translatio D. Martini Lutheri, adiectis argumentis & concordantijs in margine neceſſarijs. Francofurti apud Petrum Schmid. 1570. V. in 4.

NOVVM IESV CHRISTI TESTAM. Latinè & Gallicè, noua vtriusq; linguæ elegantiq; verſione. Baſileæ. 1572.

NOVI TESTAMENTI verſio à Sebaſt. Caſtalione facta. Baſileæ 1572. A. in 16.

NOVVM TESTAMENTVM Græcè & latinè, Theodoro Beza interprete. Additæ ſunt ſummæ breues in Euangelia & Acta Apoſt. Item Methodi Apoſtolicarum Epiſtolarum breuis explicatio. Geneuæ ap. Euſtathium Vignon. 1575. A. in 8. & 1580. ibid. in 4. A. & 1590. A. in 8.

NOVVM TESTAMENT. Theodoro Beza interprete. Antuerp. ap. Ægidium Rhadæum. 1584. V. in 8. & Heidelbergæ apud Iacobum Mylium 1576. A. in 8.

NOVVM TESTAMENTVM, cuius græco textui reſpondent interpretationes duæ, vna vetus, altera Theodori Bezæ, nunc quartò ab eodem recognita. Eiusdem Annotationes, quas non parua acceſſione locupletauit. Geneuæ apud Iacobum Stoër. 1588. in fol. A.

NOVVM TESTAM. cum Henrici Stephani interpretat. Geneuæ ab eodem Stephano excuſum. 1578. V. in 16.

NOVVM TESTAM. græcè iam denuò ſub Ariſtarchi limam reuocatum: additis in margine ſummis rerum & ſententiarum ſingulis capitibus contentarum. Baſileæ ex officina Brilingeriana. 1586. A. in 8.

NOVVM TESTAMENTVM: Obſcuriorum vocum & quorundam loquendi generum accuratas partim ſuas partim aliorum interpretationes margini adſcripſit Henricus Stephanus. Geneuæ 1587. V. in 16.

NOVI TESTAMENTI LIBRI OMNES recens editi, cum notis Iſaaci Cauſaboni. Græcè. Geneuæ apud Euſtath. Vignon. 1587. V. in 12.

IN NOVVM TESTAM. Eccleſiaſtica expoſitio. Editio ſecunda & noua. 1564. A. in f.

SYMPHONIA ſeu Noui Teſtamenti Concordantiæ græcè à Xyſto Betuleio collectæ. Baſileæ apud Oporinum. in fol. 1564.

EVANGELION ſecundum Matthæum Hebraicè cum verſione & annotat. Sebaſtiani Munſteri. Item Epiſtola ad Hebræos. Baſileæ apud Sebaſt. Henricpetri. 1582. A. in 8.

ACTA APOSTOLORVM ex Arabica translatione latinè reddita cum obſcuriorum locorum interpretatione Franciſci Iunij. Apud Ioannem Mareſchallum Lugdunenſem. 1578. V. in 8. Item Epiſtolæ. 2. ad Corinthios ex Arabica translatione latinæ factæ. ibid. 1578. A. in 7.

EPISTOLA PAVLI AD ROMANOS græcè & latinè. Tremoniæ. 1573. A. in 8.

SACRORVM vtriusq; Teſtamenti librorum abſolutiſſimus index, quas Concordantias maiores vocant. Baſileæ ex officina Heruagiana in fol. 1568.

MVLTI integri loci ſacræ ſcripturæ veteris & noui Teſtam. ex Hebraica & Græca lingua in latinum & german. ſermonem translati. Item pia quædam cantica. Lipſiæ apud Ioan. Rhamba. in fol.

DICTA inſigniora latinogermanica ex Vet. & Nouo Teſtamen. pro ſchola Rotenburgenſi ad Tuberim. Francoſurti apud Nicolaum Baſſæum. 1583. A. in 8.

CONCOR-

CONCORDANTIAE *Bibliorum vtriusq. Teſtamenti, opus S. literarum ſtudioſis non minus vtile, quàm neceſſarium, à mendis repurgatum & locupletatum. Lugduni 1586. A. in 4.*

INDEX BIBLICVS, *qui res eas, de quibus in S. Biblijs agitur, ad certa capita reuocatas ſumma breuitate complectitur. Erphordiæ apud Georg. Bauman. 1591. A. in 8.*

PATRVM ORTHODOXORVM MONVMENTA A PROTEſtantibus edita.

D. ATHANASII *dialogi de S. Trinitate, græcè & latinè. Lipſiæ typis Vœgelianis. 1573. A. in 8.*

D. AVRELII AVGVSTINI *Enchiridion ad Laurentium, ſiue ſumma & præcipua totius religionis Capita, per Lambertum Danæum. Geneuæ apud Euſtathium Vignon. 1575. V. in 8.*

Eiusdem de hæreſibus Liber I. Danæi opera emendatus & multò illuſtrior redditus. Geneuæ 1576. V. in 8.

Eiusdem Dulciloquiorum libri tres, ex Bibliotheca Romersdorpianæ vetere manuſcripto exemplari nunc primum editi. Herbornæ 1292. V. in 12.

BASILII MAGNI *opera omnia, iam recens per VVolſgangum Muſculum partim locis aliquot caſtigata, partim luculentis acceſſionibus aucta. Baſileæ 1565. A. in fol.*

Eiusdem Homilia contra ebrios, poſt explicationem latinè edita, à Simone Stenio Lomacenſi. Heidelbergæ typis Abrahami Smeſinanni 1590. V. in 4.

BASILII MAGNI, GREGORII NYSSENI, NAZIANZENI, IOHAN. CHRYSOSTOMI, CYRI GERMANI *homiliæ in præcipuas anni ferias, cum fragmento Cyrilli Alexandrini, opera Dauidis Hoeſchelij, e libris manuſcriptis partim emendatiores, partim nunc primum edita, cum eiusdem notatiunculis. Auguſtæ 1587. A. in 8.*

CLEMENTIS ALEXANDRINI *opera, quæ extant omnia, per Fridericum Sylburgium. Heidelbergæ 1592. in fol. V.*

Cypriani Martyris Epiſcopi Carthaginenſis Oratio lectu digniſsima de Mortalitate, in gratiam ſtudioſæ iuuentutis ſeparatim edita à D. Ioanne Olearìo. Erphordiæ 1585. A. in 8.

CYRILLI ALEXANDRINI *opera, vnum de S. Trinitate, alterum de virtutibus. Græcè nunc primum excuſa, typis Michaelis Mangeri. Auguſtæ 1588. A.*

FVLGENTII EPISCOPI RVSPENSIS *in Africa priſcorum Eccleſiæ doctorum nulli non conferendi opera. Baſileæ apud Sebaſtianum Henricpetri 1587. V. in 8.*

GREGORII NAZIANZENI *operum tomi tres, aucti nunc primum Cæſarij, qui frater Nazianzeni fuit, Eliæ Cretenſis Epiſcopi, Pſelli, & ipſius Gregorij librorum aliquot acceſsione. Editio ſumma fide elaborata eſt per Ioannem Leuuenclaium. Baſileæ per Euſebium Epiſcopium. 1571. A. in fol.*

Eiuſdem Gregorij Nazianzeni defenſiones rerum ſimplices, græcè nunc primùm editæ à Dauide Hoeſchelio, cum eiuſdem notis & latina verſione Ioan. Leuuenclaij. apud Sanctandr. 159. A. in 8.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani nunc primùm editarum præſtantiſſimarum & planè vtiliſſimarum Orationum Decas Græcolatina. Baſiliæ per Frobenianos conſortes. 1585. A. in 8.*

IOANNIS DAMASCENI *oratio græcolatina in transfigurationem Chriſti è libro manuſcripto emendata & integritati reſtituta. Acceſſit appendix complurium locorum Philonis, Baſilij Magni, Nazianzeni, Athenæ, qui partim corriguntur partim redintegrantur, opera Dauidis Hoeſchelij. Auguſtæ typis Michaëlis Mangeri. A. in 8.*

B. IRENAEI *opera, nunc noua libri primi conuerſione, ſingulorum capitum argumentis & variæ lectionis obſeruatione, ſtudio Ioan. Iacobi Grynæi illuſtrata. Baſileæ per Euſeb. Epiſcopium & Nicolai fratris hæredes. 1571. V. in 8.*

IVSTINI MARTYRIS *& Philoſophi opera quæ extant, omnia, è græco in latinum verſa, & ſententijs priſcorum Patrum illuſtrata per Ioannem Langum. Baſileæ. 1565. V. in fol.*

Eiuſdem Epiſtola ad Diognetum, & Oratio ad græcos, nunc primùm luce & latinitate donata ab Henrico Stephano. Tatiani diſcipuli Iuſtini quædam. Geneuæ. 1592. V. in 4.

THEODORETI EPISCOPI *Cyri Dialogi tres lectu digniſſimi, & ad dijudicandas horum temporum controuerſias vtiliſſimi, interprete Victorino Strigelio. Lipſiæ. 1591. A. in 8.*

THEODORI PRESBYTERI RHAETENSIS *libellus aduerſus hæreſes, quæ vnionem hypoſtaticam duarum naturarum in Chriſto oppugnârunt: primùm græcè editus & latinus factus à Theodoro Beza. Geneuæ. 1576. V. in 4.*

VIGILII *contra Eutychianam confuſionem duarum naturarum in Chriſto libri quinque. Lipſiæ. 1566. A. in 8.*

BIBLIOTHECA STVDII THEOLOGICI *ex plerisq; Doctorum priſci ſæculi monumentis collecta, vid. ex Auguſtini, Hieronymi operibus, aliorumq; Patrum Orthodoxorum ſententijs & dictis per Locos Communes digeſtis, eorundemq; ſimilitudinibus ad finem cuiusq; Tomi additis, quibus paſſim ſcripturæ loca illuſtrantur. Geneuæ. 1565. V. in fol. & apud Petrum Sanctandreanum. 1581. A. in fol.*

MONVMENTA S. PATRVM *Orthodoxographa, hoc eſt, Theologiæ Sacroſanctæ ac ſincerioris fidei Doctores numero circiter 85. autores partim Græci, partim Latini. Hac editione multa acceſſerunt. Baſileæ apud Henricpetri. in fol. 1569.*

S. PATRVM *meditationes, quibus Dominicæ paſſionis myſterium explicatur. Marpurgi. 1569. A. in 8.*

LIBRI

LIBRI THEOLOGICI PROTESTANTIVM AB ANNO

Chriſti 1564. in lucem editi & iuxta ſeriem Alphabeticam digeſti.

A.

ABDIAS PRAETORIVS de diſcrimine ſententiarum Lutheri, Sacramentariorum, & Pontificiorum in materia de cœna Domini, & de ſententia ſana & Orthodoxa. Argentorati. 1567. A. in 8.

Eiuſdem Analyſes paulò generaliores locorum Theologicorum Philippi Melanchthonis propoſitionum formis accommodatæ. VViteberge. 1570. V. in 8.

Armeniorum de Trinitate & filio DEI Ieſu Chriſto confeſſio, Abdia Pretorio interprete vnà cum quibuſdam explicationibus. VViteberge. 1570. in 8.

ACCIDENTARIORVM Theologorum Spiritus vertiginis. 1572. A. in 4.

ADAMI CRATONIS Northuſani reſponſum pium & modeſtum ad anonymum recens emiſſum Amlingitarum Anhaltinenſium prodromum. Neapoli. 1591. V. in 4.

Eiuſdem admonitio neceſſaria pro defenſione ſua, de Strena ſcholaſticorum Soteropolitanorum, deq; Logica ipſorum noua. Acceſſit etiam διαλύσεις in criminationem & calumnias Gregorij Berſmanni. Gerapoli. 1591. A. in 4.

ADAMI FRANCISCI Theſes de cœna Domini. Tubingæ. 1589. V. in 4. Theſes itidem de Aſcenſione Chriſti in cœlum & ſeſſione ad dextram DEI patris, quibus adiectæ ſunt theſes aliæ de vniuerſali præſentia totius Chriſti in gubernatione omnium creaturarum per Ægidium Hunnium. Tubingæ apud Alexad. Hockium 1589. V. in 4.

ADAMI RHOTHERI D. Superintendentis Eccleſiarum in Epiſcopatu Merſeburgenſi piæ quædam meditationes & commonefactiones ex verbo DEI, quas tempore peſtis anno 1581. publicè pro concione auditoribus ſuis propoſuit. Lipſiæ & VViteberge. 1584. in 8. A.

ADAMI SIBERI in pœnitentiam Dauidis Commentariolum Scholaſticum. Lipſiæ. 1573. V. in 8.

Lemmata ac notæ in Pſalterium Dauidis cum præfatione D. Lutheri. Lipſiæ 1574. V. in 8.

Sabba-

Sabbatum puerile, continens, 1. Rudimentorum doctrinæ Chriſtianæ libros duos. 2. Preces pueriles Chriſtianas. 3. Corpus ſeu doctrinæ Chriſtianæ puerilis capita centum. 4. Conciunculas ſacras pueriles. 5. Chriſtianæ & Antichriſtianæ doctrinæ capita præcipua è regione oppoſita. 6. Miſcellanea ſacra. Lipſiæ. 1576. V. in 8.

Scholia in Breuiarum Chriſtianum, quod doctrinam, preces, Cantica, & hymnos Eccleſiæ continet. Lipſiæ 1575. A. in 8.

In Dauidis Pſalterium Commentariorum Eccleſiaſticorum libri quinque. VViteberge 1580. A. in 8.

Paßionale, ſeu cruenti ſacrificij Domini noſtri Ieſu Chriſti Hiſtoria, commentariolo Scholaſtico illuſtrata. Ex veterum & recentium Poëtarum monumentis de eadem Hiſtoria Carminum liber vnus. Lipſiæ. 1589. A. in 8.

ADELARII PRAETORII M. *Oeconomia Patrisfamiliâs & hominis Chriſtiani de ſtatu fidelium in domo* DEI, *collecta ex Epiſtolis, tractatibus & ſermonibus Cæcilij Cypriani Carthaginenſis Epiſcopi. Erphord. apud Ioan. Piſtorium 1582. V. in 8.*

ADMONITIO *Chriſtiana de libro Concordiæ, ſcripta à Theologis & miniſtris Eccleſiarũ Ioan. Caſimiri Palatini ad Rhenum &c. Neuſtadij apud Matthæum Harniſch. 1581. V. in 4.*

ADMONITIO *de libello, nundinis proximè Vernalibus Anno 1591. ſub ſtudioſorum VVitebergenſium nomine promulgato, quo D. Vrbanum Pierium de Caluiniſmo purgare conantur, edita per aliquot Principum Auguſtanæ Confeßionis Theologos. Tubingæ apud Georg. Gruppenbach. 1592. V. in 4.*

D. AEGIDII HVNNII *articulus de perſona Chriſti, & duarum in ea naturarum vnione Hypoſtatica, Communicatione Idiomatum, & Chriſti hominis diuina maieſtate, per quæſtiones & Reſponſiones dilucidè ac ſolidè explicatus. Vrſellis. 1585. V. in 8.*

Libelli quatuor de perſona Chriſti eiusq́; ad dextram DEI *ſedentis maieſtate diuina, recogniti & aucti. In 1. habetur doctrinæ veræ confirmatio. 2. Conſenſus antiquitatis. 3. Lutheri conſtans ſententia in hoc certamine. 4. Demonſtratio, noſtras Eccleſias ab Auguſtana Confeßione non recedere. Francofurti. apud Ioan. Spies. 1585. A. in 8. VVitebergæ, 1587. A. in 8. Francofurti. 1590. apud eundem Ioan. Spies. 1590. in 8. & 1592. V. in 8.*

Propoſitiones de præcipuis religionis Capitibus, quæ hac extrema mundi ſenecta in controuerſiam trahuntur, ad diſputandum propoſitæ ac defenſæ in Academia Marpurgenſi ab anno Chriſti 1576. vſque ad annum 1585. Francofurti apud Spieſium. 1585. A. in 4.

Commentarius in Euangelion de Ieſu Chriſto ſecundum Iohannem. Francofurti apud Ioannem Spies. 1585. A. in 8. Acceßit eiuſdem autoris index perquàm vtilis & neceſſarius. ibid. 1586. A. in 8. & 1591. A. in 8.

Comœdiarum ſeu Dramatum libellus, in quo ſunt de Ioſepho Patriarcha Comœdiæ duæ, & Ruth Moabitis. Francofurti apud Ioan. Spies. 1586. A. in 8.

Epiſtola Canonica Ioannis Euangeliſtæ & Apoſtoli perſpicua enarratione illuſtrata. Francoſ. apud Ioan. Spies. 1586. V. in 8. & 1588. A. in 8.

Exegeſis Epiſtolæ ad Hebræos recognita & emendatius edita. Francofurti apud Spießium. 1586. V. in 8. & 1589. V. in 8.

Oratio,

Oratio, qua penitus excutitur & tractatur κριτήριον certitudinis hiſtoriæ Biblicæ & ſacræ, ex varijs atque valdè memorabilibus profanorum etiam ſcriptorum atque gentilium teſtimonijs. Francofurti apud Ioan. Spies. 1587. V. in 4.

Expoſitio plana & perſpicua Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos, in qua præter cæteros S. Theologiæ locos, duo valdè inſignes & hoc noſtro ſæculo maximè controuerſi, de Iuſtificatione & Prædeſtinatione dilucidè pertractantur. Francofurti apud Ioan. Spies. 1587. V. in 8. & 1590. V. in 8.

Commentarius in Epiſtolam D. Pauli ad Epheſios, in quo etiam pro neceſſaria defenſione libellorum de Perſona Chriſti, ad elumbe & maledicum ſcriptum Pezelij & Grabij ſolidè reſpondetur. Francofurti apud Ioan. Spies 1587. A. in 8. & 1590. V. in 8.

Epiſtola D. Pauli 2. ad Theſſalonicenſes perſpicuis annotationibus illuſtrata. Marpurgi apud Paulum Egenolphum. 1587. V. in 8.

Expoſitio Epiſtolæ D. Pauli ad Titum plana & perſpicua. Marpurgi apud Paulum Egenolph. 1587. A. in 8.

Diſputatio de prædeſtinatione ſaluandorum & huic oppoſita reprobatione damnandorum. Marpurgi apud Paul. Egenolph. 1587. in 4.

Diſputatio de iuſtificatione hominis peccatoris coram Deo. Marpurgi apud Paulum Egenolph. 1588. in 8.

Diſputatio de Deitate Spiritus ſancti eiusq́; à patre filioq́; æterna proceſſione. Marpurgi typis Egenolphi. 1588. A. in 4.

Prælectiones in 21. priora capita Geneſeos, quibus intricatiſſima quæq; in textu Moſis obuia ſub quæſtionum & reſponſionum forma explicantur. Marpurgi typis Pauli Egenolphi 1589. A. in 8.

Articulus de Iuſtificatione hominis peccatoris grauita, per Quæſtiones & Reſponſiones explicatus, & immotis S. literarum fundamentis ſolidiſſimè defenſus: confutatis econtrà Papiſtarum argumentis, quæ ab illis pro aſſerenda operum iuſtificatione proferuntur. Francofurti apud Ioan. Spies. 1590. V. in 8.

Articulus de Trinitate per Quæſtiones & Reſponſiones ſolidè pertractatus & contra quæuis hæreticorum veterum & recentium ſtrophas & corruptelas firmiſſimè munitus. Francofurti apud Ioan. Spies. 1589. V. in 8. Editio renouata 1589. A. in 8. & 1590. V. in 8.

Tractatus de ſacroſancta maieſtate, fide, authoritate ac certitudine S. ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ, veteris ac & noui Teſtam. Francofurti apud Ioan Spies. 1590. V. in 8. & 1591. V. in 8.

Articulus ſiue locus de Sacramentis veteris & noui Teſtamenti, præcipuè de Baptiſmo & Cœna Domini, per Quæſtiones & Reſponſiones pertractatus, confutatis argumentis, quæ contra veritatem orthodoxam obijciuntur. Francofurti apud Ioan. Spies 1590. 1591. in 8.

Diſputatio de vera Catholica Eccleſia agnoſcenda. Marpurgi typis Pauli Egenolphi 1591. V. in 4.

B *Diſputa-*

Diſputatio de duobus Antichriſtis, Mahumete & Roma. Pōtifice. Marpurg. 1590. A. in 4.

Diſputatio de ſatisfactione Chriſti pro omnibus ſingulorum hominum totius mundi peccatis. Marpurgi typis Pauli Egenolphi. 1590. A. in 4.

Articulus de Eccleſia vera & huius capite Chriſto, itemq́ de Eccleſia Romana & huius capite Pontifice Romano, quæſtionibus & Reſponſionibus ex S. Scriptura pertractatus. Francofurti apud Ioan. Spies. 1591. V. in 8.

Propoſitiones de præcipuis quibuſdam Chriſtianæ religionis capitibus, ad diſputandum propoſitæ in Academia Marpurgenſi. Marpurgi 1591. A. in 8.

Synopſis Epiſtolæ prioris ad Theſſalonicenſes theſibus comprehenſa. Marpurgi. 1592. V. in 4.

Aſſertio ſanæ & orthodoxæ doctrinæ de perſona & maieſtate Chriſti ad dextram virtutis potentiaq́ DEI, ſub forma Quæſtionum & Reſponſionum propoſita, in qua refutantur ſutiliſſima Sophiſmata D. Chriſtoph. Pezelij, quibus in ſcripto recens ſparſo, particulam quandam libri D. AEgidij Hunnij de Sacramentis allatrauit. Francof. apud Ioan. Spies. 1592. V. in 8.

D. AEGIDII HVNNII CONFESSIO, *cum cenſura virorum quorundam doctorum. Addita eſt & Reſponſio eiuſdem Hunnij ad argumentum præcipuum Orthodoxorum contra Vbiquitatem, cum Examine eiuſdem reſponſionis, à pluribus viris doctis ſcripto. Neoſtadij apud Matthæum Harniſch. 1586. A. in 4.*

AEMYLII FRANCISCI PORTI CRETENSIS F. *omnes Pſalmi Dauidis carmine Heroico conuerſi. Baſileæ per Leonardum Oſtenium, ſumptibus Bernh. Iohan. 1581. V. in 8.*

M. ALBERTI LENICERI *collatio triumphi Romanorum & Ieſu Chriſti aſcendentis in cœlum. VViteberga. 1583. V. in 8.*

M. ALBERTI LITTICHII *quæſtiunculæ Examinis Theologici ex ſcriptis Philippi Melanchthonis collectæ. Lipſiæ. 1574. V. in 8.*

ALCORANVS FRANCISCANORVM, *id eſt, Epitome præcipuas fabulas & blaſphemias complectens eorum qui B. Franciſcum ipſi Chriſto æquare auſi ſunt, idq́ cum ſalubri Antidoto, excerpta ex amplo Conformitatum libro quondam compilato per F. Bartholomæum de Piſis ordinis F. Minorum. Geneuæ ap. Guilelm. Lainariū. 1578. V. in 8.*

ALEXANDRI ALESII *aſſertio doctrinæ orthodoxæ de Trinitate. 1564. A. in 8.*

Reſponſio aduerſus Ruardum Tapperum, de Miſſa & de Cœna Domini, propoſita ordinarie ad diſputandum in Academia Lipſica. Lipſiæ. 1565. V. in 8.

ALFONSI CONRADI MANTVANI *Commentarius in Apocalypſin D. Iohannis Apoſtoli. Baſileæ. 1574. A. in 8.*

ALTORPHIANAE SCHOLAE *diſputatio Theologica de definitione Euangelij, & quod Euangelium ſit prædicatio pœnitentiæ. Altorphij. 1589. V. in 4.*

AMANDI POLANI *partitiones Theologicæ iuxta naturalis Methodi leges duobus libris conformatæ. Primus eſt de fide, alter de bonis operibus. Baſileæ per Conradum VValdkirch. 1590. A. in 8.*

D. AM-

D. AMBROSII REVDENII *diſputatio de* DEO *ac tribus perſonis in genere* 1590. *Ienæ. V. in 4.*

Diſputatio de DEO *patre, prima diuinitatis perſona. ibid. V. 1590.*

Synopſis amplißimi maximeq́ʒ controuerſi ac neceſſarij loci de Sacramentis cum in genere, tum in ſpecie, de Baptiſmo & Cœna Domini. ibid. 1590. A. in 4. 1591. in 8.

Sciographia vberrimi atqʒ vtilißimi loci de Pœnitentia & eius fructibus. Ienæ apud Tobiam Steinman. 1591. A in 8.

AMBROSII VVOLFII, *Fundamenta Lutheranæ doctrinæ de vbiquitate, atque adeò de corporali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, ad Orthodoxæ fidei normam expenſa & ſub veritatis cenſuram reuocata. Ex Orthodoxo conſenſu contra Patres Bergenſes. Pars prima. Geneuæ. 1579. A. in 4.*

De Confeßione Auguſtana, quo ſenſu iampridem à ſocijs eius intellecta, accepta & approbata fuerit. Et de Concordia Lutheri cum M. Bucero & Helueticis Eccleſijs, Pars ſecunda. Geneuæ. 1579. A. in 4.

ANALYSIS *propoſitionum, quas de negocio Euchariſtiæ ad diſputandum propoſuit D. Iacobus Rungius: vnà cum refutatione eorum, quæ à veritate aliena, propoſitionibus illis interſperſa ſunt. Scripta à quodam veritatis & concordiæ amante Theologo. Neoſtadij. 1585. V. in 4.*

ANDREAE ALTHAMERI *conciliationes locorum ſcripturæ, qui ſpecietenus inter ſe pugnare videntur, Centuriæ duæ. VVitebergæ apud Zachar. Lehman. 1582. V. in 8.*

ANDREAE CELICHII *officina ſalutis aduerſus peſtem. Magdeburgi. 1578. A. in 8.*

Doctrina de peccato originali quæſtionibus orthodoxis breuiter illuſtrata. Guſtrouij. 1582. A. in 4.

M. ANDREAS FRANCKENBERGER *de amplitudine & excellenti hiſtoriæ Propheticæ dignitate, de cauſis ad lectionem illius nos impellentibus & adminiculis in meditatione. VVitebergæ. 1580. V. in 8.*

ANDREAE GORRVTII *Aruerni, de prouidentia diuina & eius effectis copioſa & erudita tractatio, libris 14. comprehenſa. Geneuæ. 1585. in 8.*

ANDREAE HONDORFII *Theatrum Hiſtoricum, ſiue Promptuarium Exemplorum ex antiquißimis ſimul ac recentioribus tum ſacrarum tum profanarum Hiſtoriarum monumentis compoſitum, & in decem claſſes ſecundum Decalogum legis Moſaicæ diſtinctum. Initio germanico idiomate conſcriptum, latinitate vero donatum à Philippo Lonicero. Francofurti, impenſis Sigiſmundi Feierabend. 1575. in f. Auctũ & illuſtratũ. 1577. in f.*

ANDREAE HYPERII *topica Theologica. 1564. A. in 8. Opuſcula Theologica varia. Baſileæ ex officina Oporiniana. 1570. A in 8.*

Opuſculorum Theologicorum pars ſecunda. ibid. 1570. in 8. De Theologo, ſiue de ratione ſtudij Theologici libri tres. Baſileæ. 1572. V. in 8.

In Ieſaiæ Prophetæ oracula annotationes breues & eruditæ. Baſileæ. 1574. V in 8.

De S. Scripturæ lectione & meditatione quotidiana libri 4. Baſiliæ ex officina Oporiniana. 1581. V. in 8.

Commentarij in Epiſtolas Pauli ad Philippenſes ac Theſſalonicenſes ambas. Tiguri apud Chriſtoph. Froſchouerum. 1582. V. in fol.

Commentarij in Epiſtolas Pauli Apoſtoli ad Timotheum, Titum, Philemonem & D. Iudæ, opera Ioannis Mylij in lucem editi. Tiguri apud Chriſtophorum Froſchouerum 1582. in fol. A.

Commentarij in Epiſtolas D. Pauli ad Galatas & Epheſios. Tiguri apud Froſchouerum. 1582. A. in fol.

Commentarius in Epiſtolam ad Romanos & vtramq; ad Corinthios, opera Ioannis Mylij in lucem editi. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchou. 1583. A. in fol.

De publica erga pauperes beneficentia. Toruniæ apud Melchiorem Nering. 1584. V. in 8.

Commentarij in Epiſtolam ad Hebræos, opera Ioannis Mylij in lucem editi. Tiguri. 1585. V. in fol.

D. ANDREAE MVSCVLI *precationes ex veteribus Orthodoxis doctoribus, ex Eccleſiæ hymnis & Pſalmis Dauidis collectæ, recognitæ & auctæ. Lipſiæ typis Vœgelianis. 1571. V. in 8. Bardi. 1591. A. in 18.*

Propoſitiones de vera reali & ſubſtantiali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento altaris. Francofordiæ ad Oderam. 1574. V. in 4.

Compendium doctrinæ Chriſtianæ ex S. Scriptura, Eccleſiæ patribus & Luthero collectum. Francoford. ad Oderam. 1574. in fol.

Diſputatio tertia de Cœna Dominica, oppoſita Caluiniſtarum impijs corruptelis. 1576. V. in 4.

Diſputatio de Libero arbitrio, Francoford. ad Oderam. 1576. V. in 4.

Contra neceſſitatem phyſicæ locationis in corpore Chriſti clarificato & glorioſo. Francoford. ad Oderam. 1575. V. in 4.

D. ANDREAE OSIANDRI *harmonia quatuor Euangeliſtarum, Pariſijs edita. 1564. A. in 8.*

M. ANDREAE OSIANDRI *tractatus de omnipræſentia Chriſti, in quo ad inanem & elumbem vbiquitatis, id eſt, maieſtatis Chriſti confutationem per quendam Chriſtianum VValdenſem inſtitutam, reſpondetur. Tubingæ apud Georg. Gruppenbach. 1587. in 4.*

ANDREAE PANGRATII *methodus concionandi, monſtrans artis Rhetoricæ in Eccleſia vſum: cum præfatione D. Georgij Maioris. VVitebergæ. 1571. in 8.*

ANDREAE POVCHENII *Superintendentis Lubecenſis, ad Ioannis Palmerij Sacramentarij proteſtationes oppoſitas Formulæ Concordiæ, Chriſtiana reſponſio. Lubecæ 1579. A. in 4.*

ANDREAE VOLANI *Paræneſis & reſponſio ad noua obiecta Ebionitarum in Poloniæ*

lonia & Lituania degentium. Spiræ apud Bernhardum Albinum. 1582. V. in 8.

Libri tres defenſionis, veræ Orthodoxæ, veteriſq; in Eccleſia ſententiæ, de Sacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti veraq; eius in cœna præſentia, contra Transſubſtantiationis dogma aliosq; errores ex illo natos. Contra Petrum Scargam Ieſuitam Vilnenſem & Franciſcum Turrianum. 1586. A. in 8.

ANGELI MASARELLI *(fictum eſt nomen) S.R. Sedis Notarij epiſtola monitoria ad Iacobum Schroppium Abbatem Mulbrunnenſem, de Synodo Oecumenica ab ipſo nuper ficta & ſcripta. 1582. V. in 4.*

ANHALTINORVM *theologorum repetitio breuis, ſimplex & perſpicua Orthodoxæ confeſſionis de aliquot articulis controuerſis. Item de myſterio incarnationis verbi & vnionis Hypoſtaticæ contra vbiquitatem & realem Communicationem Idiomatum aſſertio Catholica. Neapoli Caſimiriana apud Matth. Harniſch. 1581. A. in 4.*

Defenſio modeſta & perſpicua ſex argumentorum; quibus inter alia Eccleſiarum Anhaltinarum miniſtri realem ſeu phyſicam Idiomatum communicationem falſitatis conuicerunt, Oppoſita inani & friuolæ eorum D. Ioannis Matthæi profeſſoris VVitebergenſis, refutationi, cum auctario abſurditatum & antilogiarum eiuſdem. Serueſtæ per Bonauenturam Fabrum. 1583. A. in 8.

DE ANTICHRISTO *& fine mundi ſacræ ſcripturæ prognoſtica. Baſileæ. 1567. A. in 4.*

DE ANTICHRISTO *diſputatio, & corollarium de duobus teſtibus in Apocalypſi. Tiguri. 1592. V. in 4.*

ANTIDOTVM *aduerſus Enthuſiaſtarum, Metuſiaſtarum & Synuſiaſtarum cauillos & calumnias in cauſa Euchariſtica, cui acceſſit* ANALOGIA *fidei, quæ ſpiritualia ſpiritualibus, ſiue ſint res ipſæ diuinæ, ſiue earundem notæ, Verbum & Sacramenta, ſic aptantur, vt inter ſe conueniant. A Theologo quodam docto & pio edita & recuſa. Heidelbergæ per Ioannem Meier. 1575. A. in 8.*

ANTIROSARIVM *ſiue refutatio theſium Godofridi Drielis Nouiomagi, Pontificiæ Theologiæ apud Ieſuitas ſtudioſi, ſcripta à quodam ſtudioſo in Academia Heidelbergenſi. Apud Ioan. Marſchallum Lugdunenſem.*

ANTITHESIS *Vbiquitatis & orthodoxæ doctrinæ de perſona Chriſti, illam propugnante Gregorio Horvvarth, hanc defendente Sebaſtiano Ambroſio ſeruo Chriſti in Eccleſia Keiſmarienſi. Serueſtæ. 1591. V. in 8.*

